

#### Modi LX Sacræ Orationis variè Formandæ

## Kojałowicz, Kazimierz Wijuk Antverpiae, 1668

Modus XLIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69292

nis Divina, in Michaele sele ostentantis, reverentes. Quis ut Deus? Pugnabant & silebant in aëre tumentes, in silentio humiliationis per Michaelem fuperventuræ, confcii: Quis ut Deus? Pugnabant & silebant in sui dejectione irati & frendentes, in filentio, munera, & honores ampliffimos divo duci, à Deo collatos admirantes: Quis ut Deus? cum scilicet Michael, Dux Magnus, Archangelus, Princeps, Præfectus Hierarchiarum cælestium. Præpositus animarum, Defensor universalis Ecclesiæ pronunciatus, adeoque dignus habitus, qui Dei personam, & nomen, vicariè gereret, ut deinceps patuit; cum tradens tabulas Moysi dixit. Ego sum Dominus Deus tuus quæ verba attribuit Angelis D. Paulus ad Galat. 3. 19. & interpretes de Divo Michaele intelligunt, apud Corn. Est igitur, curilli, tantam dignitatem ex merito acquisitam, gratulemur, & nos ejus patrocinio commendemus, atos virtutes imitando, magis quam quæstionibus urgendo, quis porrò sit Major in Regno cœlorum, intelligamus.

**68 68 68 68 68 68 68 68** 

# MODUS XLIII.

Per revictionem & assertionem causarum.

PRimum propositionis præsixæ illæ, causæ redduntur, quæ aut non sunt ejus causæ, aut tan-

3

16

um,

-1100

illud Mi-

su ut

atur,

cum

altiflitil-

infra

tagit

1. A-

im-

uum Quis

hael

ome

car-

eus?

dicio

ttri-

cum

eten-

but

nt&

udi-

RIS

CC

pe

qu

ap

lat

ris

aff

8

fig

CU

tantum putatæ caulæ, aut insufficientes; atquea deò rurfus, aut simpliciter reprobantur, aut expli-Tumvero, adveras cantur, aut distinguuntur. solidasque causas, aut causam descenditur, & pro rei exigentia, una ex illis, pluresve alleruntur. Hac ratione dicturus aliquis Dominica IX. Pentec. inquiret, causas, unde profect & censeri de berent Christi lacrymæ, rejectisque illis quæ ex conturbatione imaginationis ac passionű: itemex apprehensione damnorum temporalium, in hominibus evenire solent; in solam Christi, referret factummisericordiam: quæ tot populis æternum interituris, compateretur. Similiter Dominica V. Epiph. posset superilla verba sinite &c. inquiti, Cur Deus peccatores toleret? hic sit

#### PRAXIS.

Dominica XV. à Pentecost.

Ecce defunctus efferebatur Filius uniçus Matrissum Luc. 7.

Accessus & Propositio. Defunctum hunc, quen hæc verba unicuMatris appellant, verbaser, vatoris eundem à morte excitantis adolescentem, declarant, Ait enim, adolescens tibi dico surge. Hem mors? quam immitis es, quæ nulli sexui, nulli ætat parcis, tenerosque stores, cum maturo gramine metis. Hoc enimvero fortassis Tiberius aliquis queri meritò possit apud Sueton. Sibi immeritò, tam ammature, vitam eripi, sed absit id, à Christianisa nimis, quibus idem cum Deo yelle, ac nolle sit ne-cessis.

cesse. Nam sicut corona soli Principi competit, sicpropria voluntas, soli Deo. Unde, cum homo vult aliquid per propriam voluntatem; Deo aufert, quasi suam Coronam. D. Anselm. cap. 8. Similit. Illud tamen humiliter hodie inquirere licuerit. Cur Deus sæpe immaturas in multis mortes permittat

Confirmationis prima pars, per rejectionem aliquarum causarum.

Fato id in primis quodam agi nonnulli credunt, quod nascentes premere cum caperit, non prius definat, quam opprimat. Scribunt scilicet illi, qui apud Franc. Patrit, lib.3. de siderum natura, ratiocinantur, animos nostros, Divino nutu, signiferum latumque orbem delapsos: ex cælestibus sphæris, suos motus accipere: adeoque vitam, ejusque durationem, ab altris & fatis pendere, infolenter affirmant: tantoque insolentius, quiaiidem & Deū & fatum colunt. Verissimè de ejusmodi Aug. Dumfata seguuntur, fatuos se ostendunt. Posuerunt Ser. fignasua, signa ait Pfaltes 73. & non cognoverunt sicut in exitu super summum. Fallax invenitur Mercurius, mendax Saturnus, infanus Jupiter, stultus Mars, quia qui eos in figna sua (neque enim, adid à Deo sunt creata) eligunt; quamvis eam scientiam credantur petere à summo; non cognoscunt sicut in exitu latere illos debet egressus è vita, sicut latuit ingressus: & quemadmodum incertissimi

lunt

684

pli:

eras

, &

une

X.à

de-

e ex

nex

100

rret

num a V.

111 2

fully

uem

em,

Hem

ætati

mine

111151

,tam

2152 t ne-

celle

sunt qua illos mors, aut ubi expectet: itaidalis nuntiare, nequaquam possunt : sed nec possunt invenire causas, quæ eam aliunde inferunt, quam à nutu Dei. Domini enim Pfal. 67. Domini exitus mortis, & Plal. 74. Quia neque ab oriente neque ab occidente, neque à desertis montibus, scilicet mors venit, quia Deus Judex est: sed à solius De decreto. Certius igitur, affirmaverit aliquis, imaturas mortes, peccatorum, maturata esse supplicia Edictum scilicet Psal. 54. Viri sanguinum & dolle Quare cum cam sinon dimidiabunt dies suos. pænam, conscius culpæ deprecaretur David Plal 101. dicebat. Ne revocesme in dimidio dierummenrum, & Esechias, conscius innocentis vita, accepto nuncio ingruentis mortis, flevit valde 1f.38 caulant que lacrymaru, his, enunciavit. In dimidio dierum meorum, evadam ad portas inferi quod erat, subvereri, ne innocens morte peccatorum decederet. Et hoc quidem in multis verissimum est; vitameo. rum in pænam vitiorum præcidi: unde. & in exemplis facris legitur; juveni ad furcam ituro, canitiem subitam erupisse, significatumque calitus, adeam ætatem, ac canitiem perventurum fuisse:nisisceleribus, vitam demeruisset. Accedit scelestos ac infolentes homines, dum sibi omnia concedunt, ebrietatibus gulæ, luxuriæ aliisque peccatis immergil quæ vitam gravissime minuunt. Absit tamé, univelsum istud concludamus dicente scriptura Sel. 4 Justus si morte praoccupatus fuerit in refrigerio enti Et, consummatus in brevi, complevit temporamulta Quæri potest, Curpoenam peccati, quæ est morsi prins

prius luerit Abel justus, quam impius Cain, ad quod respondens D. Ambrosius lib. 2. de Abel & Caincap.10, Nonne in his, aperte vox Dei clamat, Errant qui putant, bic effe omnem vivendi gratiam. Ecce enim justus, innocens, pius propter gratiam devotionis, odia Tui incurrens, immaturus adhuc avi, sublatus est parricidio; at iniquus sceleratus, impius etiam cade fraterna pollutus, longava duxit atatem.duxituxorem, posteritatem reliquit, urbes condidit, & hoc meruit permissione Divina, quo etiam congruenter revoces, ipfam fignificationem Abel. Nam Abel interpretatur dupliciter 1. Quidhoc? 2. Vanitas luctus. Non immerito itaque ac læpe, lugentibus de immatura morte dixeris, quid hoc? quo hæ lacrymæ, quo fletus. Vani sunt luctus & Vanitas.

### Confirmationis lecunda pars per assertionem causarum.

Non alio igitur mortes præmaturæ referendæ, quam quo vita refertur. Quis dicit, cur alii hoc, illo alii sæculo nascantur? cur sub his primipilus nonnulli, nonnulli sub aliis? illud indubitatum est, omnes hos vitæ & mortis eventus, à beneficentissisma Dei providentia, & nostræ salutis desiderio provenire: quod quidem in præmatura morte, respectu illorum inprimis, certum est de quorum similibus Sap. 4. Placens Deo, factus est dilectus, & vivens inter peccatores translatus est. Raptus est ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne sictio deciperet animam illius. Solabatur timores suos olim Seneca

PS

de

alis

pof-

infe-

Do-

riente

ilicet Dei

hatu

olicia, dolo-

eam

Pfal.

meo-

cepto

ulam•

ubve-

deret.

m e0.

xem-

itiem

deam fcele-

info-

ebrie-

ergi

niver-

iel. 4

o erth

multa

norsi

prin

CL

m

m

Va

qu

tii

fic

R

ru

m

ni

ra

iis

de Remed. fortunæ. Juvenis inquit moriar? fortasse alicui malo subducar, quod si nulli alii, certè vel servituti. Juvenis moriar? Non refert quotannos habeam, sed quod acceperim. Si plus vivere · nonpossum, hecest senectus mea. Non iniqua multis solatia, sed longe his meliora. Raptus est, nemalitiamutaret intellectum ejus &c, Hæc servus Dei fidelis, sæpe cogitet, & mortem immaturam non timebit, misericordias que Dei cantabit, quas liberalissimus Dominus largius effusurus, itain Evangelio mortem incertam, ideoque sui varios etiam status vagam omnibus denuntiat, ut continuò præmoneat. Vigilate, vigilate. Certissima est mors & post hoc judicium. Nolo illam vobis esse noxiam, ideo, vigilate. Hinc August. de 10. chordis. Ante ultimum judicium Deitui, compone causam tuam, Tunc erit ipse judex cause tue, qui modo testis vite tua. Possibilitate mortis initium vitafacit. Incertus ergo dies, tanquam quotidianus sperandus est. Et idem alibi. Latet ultimus dies ut observentur omnes dies. At inquies : si saluti nostræ hac mortis vicissitudine, consuli debuit? multo melius consultum fuisset, ejus certitudine. Nemo se ad illam nonsecurissime præpararet, si injussuram certò cognosceret. Quid verbis promittis, quod rebus negas? Quidspondesfacturum, quod facere cum possis, nonvis? Pœnitentiam te gesturum, si deinceps mors, immineat, promittis? Gere modo, & mortem non timebis. Anne tunc verè pœniteres, cum jam peccare non posses, qui nunc peenitere non vis, ut peccare pergas! Sera nimis pœnitentia, & raro

cum nos peccata, velimus nolimus deserunt; & dolere de iis noluimus, cum peccata deserere potuimus. Tali inquit D. Ambros, pænitentiam promittere ut possim, veniam promittere non possum. Et D. August. Ser. 71. ad fratres in erem; Satis alienus est à side, qui ad agendam pænitentiam, tempus sènestutis expectat. Subjiciamus igitur nos sub potenti manu Dei, amplectamur benignissimum mortis varia adeoque immatura decretum; etsi sapimus, quotidiè mortem expectemus, ut quotidie parati, salutem facilius consequi possimus.

# \*\*\*\*\*\*\*\*\*\*\*\*\*\*\*

# MODUS XLIV.

Arratorius sive Historicus, cum nimirum res gestæ alicujus, continua narratione explicantur: singulis aut pluribus punctis & circumstantiis rerum insistendo, eas explicando, exaggerando, & congruis do ctrinis ac assectibus amplissicando, uti eo possumus potissimum in narratione Passionis servatoris nostri, in Historia Nativitatis, Resurrectionis, Ascensionis; itemque sestis aliorum Sanctorum, in quibus res piè ab illis gestæ, memoria Ecclesiæ celebrantur. In iis etiam solennitatibus, quæ, piæmeditationi, ex conformitate rationabili sactorum plura suggerunt, quam de iis, in scriptura habeatur. Hac ratione in

1-

tè

11-

re

11-

lei

nc

e-

11-

m

æ-

n,

ite

m.

tæ us

Et

res

fi-

m

e-

0-

;?

s,

ps

r-

m

11

8